



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

13. Amplexus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

*Amplexus.*

1 Amplexus, & oscula non efficiunt suspensionem violentam, ita ut ex eis probetur adulterium, quando alia non concurrunt, libr. 10. disp. 12. nū. 47.

*Appellans, & appellare.*

1 Appellans à sententia iam lata, tuens se falsis testibus, solum tenet soluere expensas litis, non verò pœnam pecuniariam restituere, lib. 10. disp. 8. nū. 14.

2 Appellatione sponsæ venit sponsa de futuro: & appellatione vxoris venit vxor de presenti nondum cognita, quando materia est fauorabilis, aut indifferens. Secùs dicendum, si fuerit odiosa, lib. 1. disp. 1. num. 2. & 3.

*Annulus.*

1 Sponsa non acquirit annulum traditum in Ecclesia tempore nuptialium benedictionum, si anteà donatus erat, lib. 6. disp. 23. n. 10.

2 Traditio annuli ex se est signum aequi-  
tatem, vnde secundum consuetudinem loci  
significat sponsalia, vel matrimonium, & quā-  
do præcedunt verba matrimonij, operatur  
matrimonium: si verò sponsalium, sponsalia.  
Et ut significet matrimonium, requiritur, ut  
annulus ponatur in medio digito. Si verò non  
ponatur in medio, significat sponsalia, lib. 1.  
disp. 22. à num. 1. usque ad 4.

3 Quando habitato tractatu inter amicos de  
matrimonio contrahendo, mittit sponsus ar-  
rhias, vel iocalia, nihil aliud exprimens, & spō-  
sa ac